



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 54. Sex articulorum examen circa Communionem a Legatis inchoatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI.
A.C. 1562.

§. LIV.

Sex articulorum examen circa Communionem a Legatis inchoatum.

Pallav. c. 6. num. 1. Cum interea Cæsar adeo sollicitè Synodi Præsides hortaretur, ut in illa cum omni libertate agerent, ac quæstiones discuterent, pari studio Pontifex eosdem vehementer ad eandem solertiam sollicitabat, unde Legati obtenta agendi libertate die decima Junii præprimis inferioris Ordinis Theologos excipiebant.

§. LV.

Oratio Salmeronis Jesuitæ circa Calicis usum.

Pallav. n. 2. Itaque examen illorum sex articulorum Communionem tangentium usque ad vigesimam tertiam ejusdem Mensis diem protrahebatur: prior vero hanc in rem verba faciebat Alphonsus Salmeron Jesuita, ac Pontificis Theologus, qui differens de primo articulo: *an quilibet ex Chri-*

a Cæsare propositis nullus fuerit, cujus postea in Synodo mentio non fuerit facta, aut decretum desuper editum: qua ergo ratione Continuator Legatis imputare potest, quod hosce reformationis articulos proponere promiserint, id tamen dextere declinare sciverint.